



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Ecclesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Aichardus Ab. S. Melitina M. S. Eutropia Vid. 15. Sept.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

S. Aichardus Ab. S. Melitina M. S. Eu-
tropia Vid. 15 Sept.



Fuga Hypocrisis.

Si vis esse templum veritatis, frange
idolum Falsitatis. August.

Pateant Dne aures misericordiz tuæ
precibus supplicantium, & ut peten-
tibus desiderata concedas, fac eos in-
tercessione B. Aichardi (S. Melitinæ:
S. Eutropiæ) quæ tibi sunt placita po-
stulare per D.N.Iesum Chr.&c.

Oratio pro Concionatoribus &c.

i-
n-
o-
S.
n-
si-
2.
i-
r-
a-
es
i-
ra
er

1. S. Aichardum mater pietati pa-
ter militiæ addixit, litem ipse dire-
mit secutus sacram militiam in qua
Dux nongentorum monachorum fa-
ctus, quos signo S. Crucis & aqua lu-
strali adversus hostem sæpe defendit,
imo victor in cælum secum duxit.

2. S. Melitina M. Marcianopoli in
Thracia sub Antonino Imp. & Anti-
ocho præside ad gentilium fana se-
mel & iterum ducta, quod toties Ido-
la eorum corruerent suspensa, lania-
ta & demum capite est plexa.

3. S. Eutropia Vidua singularis ex-
empli parsimonia & humanitate
certantibus, non minus se jeunijs,
quam cibis pauperes pascens, adver-
sus nequitias seu argutias in lite qua-
dam meruit à Sidonio Apollinari de-
fendi.